Chodory Krynski Obligatio.

Coram Officio et Actis pntibus Castrensibus Capitan Branscen personali comparens Nobilis Adam olim Joannis Chodor annorum sedecem citra vel ultra sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit. Quia Nobili Matheo olim Adami Krynski bonorum in hereditate Chodory sittorum tres funiculos a via strata Zabludowien ad granicem Gnosa Krakowowa tenden inter metas Stanislai et Matthia Chodorow iacen cum prato et omnibus ac singulis ins pertinentiis utilitatibus nullis exceptis a Dominica Conductus Paschali ad aliud simile tempus et sic ab anno ad annum usque ad exemptionem in quinque Sexagenis polon obligavit et inscripsit jntromque iam ex nunc per Nlem et Nles admittit et pacem Evictionemque ab omnibus personis cavet nec solus per se iniuriare se submittit Sub vadio simili Et perempta coram Officio pnti responsione omnibus in universum iuris remediis se vtri abscribendo.

Dragowskich Commutatio.

Coram officio et Actis pntibus Castrensibus Capitan Branscensibus personali compntes Nobilis Simon olim Alberti Dragowski ab una Et Nobilis Jacobus olim Joannis Dragowski partibus ab altera sani mente et corpore existentes palam publice ac libere verbisque per expressis recognoverunt, et quilibet eorum suo pro interesse recognovit. Quia ipsi inter se commutationem bonorum in bonis Dragi sittorum faciunt tali videlicet modo. Jnprimis Nobilis Simon Nobili Jacobo aream duodecem sulcorum incipien a meta ad Sortum Matthia Dragowski tenden inter metas Mathia et Pauli iacen perpetuo et in aevum commutavit et irrevocabiliter resignavit Similiter etiam Jacobus praefato Simoni aream duodecem sulcorum a via strata Wysocien prout emensurari poterit inter metas eiusdem Simonis et ex Joannis fratris ipsius Jacobi iacen Cum omnibus ac singulis utilitatibus nullis exceptis Cumque omni iure suo Dominio proprietati propinquitati ac titulo hereditario dederunt invicem Commutaverunt